

Salgad. in labyrim. credis. part. 2. cap. 28. affirmativam vero Cappy. Lat. decis. 25. quam sequitur Rota apud Merlino de pignori. decis. 107. & bene in Romana pecuniaria. 11. Maji 1643. coram Vespilio decis. 183. part. 9. recent. ac pro utraque multos deducit Giurba observat. 106. ac habetur pluries in dicta sua materia sub tit. de credito; at tamen in his terminis questio ista non videtur ad praxim deducibilis, cum ventilari solcat, quoties ille, cum quo pretenditur facta compensatio, non est alius creditoribus concurrentibus idoneus, quo posito certe non poterit debitor, qui se praeferat creditorum ex causa dotis praestitae filiae, vel sorori sui creditoris, liberationem ex beneficio compensationis praetendere, quoniam data in ejus creditore inopia, cessat obligatio dotandi filiam, vel sororem quae de propriis bonis patris, vel fratris dotanda sunt, non de alienis, vel creditoribus affectis, ideoque cum utile negotium gessisse non dicatur, neque legitimus creditor sui creditoris evaserit, hinc sequitur, quod nullatenus compensationis praesentio intrat.

Verum & isto casu, utcumque sit, veniret pro creditoribus anterioribus juxta Franchi opinionem respondendum, dum non versatur in credito inopinatum supervento, cum quo debitor censetur bona fide illicet ejus debitorum compensari, sed in credito affectato, atque ex causa pure voluntaria procurato, quo casu non videtur deesse fraudis, atque collusionis suspicio, ob quam caeteri etiam contrariae sententiae sectatores concordant, compensationem in aliorum praedictum non admitti; hanc autem secundam rationem raro, vel nunquam opus est deducere, quia ubi dotare obligatus est idoneus, de facili consulitur aliis creditoribus, quibus propterea non incumbit necessitas excutiendi debitorem debitoris; ubi vero non est idoneus, urget prima ratio, quae est potentior, & clarior.

19. Quovero ad primariam praesentis discursus inspectionem, an scilicet dos in dubio censetur data animo donandi, vel repetendi, pro clariori veritatis indagatione quatuor casus distinguendos sunt; Primus nempe quoad repetitionem, quae matrimonio constante praetendebatur per dotantem contra patrem, vel alium de jure obligatum dotare; Secundus de repetitione, quae pariter constante matrimonio praetendatur contra eandem mulierem dotatam; Tertio de repetitione, seu revensione, quae praetendatur per dotantem solum matrimonio, quod jam sequutum fuit; Et quartus de repetitione, seu resolutione dotis constitutae ob matrimonium non sequutum; Cum ista etenim distinctione conciliantur multae auctoritates, quae invicem pugnant videntur, sed vera sunt potius diversae quam contrariae.

Primo casu, aut ille quo repetitio praetenditur, est pater, vel avus immediatus, filiam, seu neprem quamvis divitem, ac aliunde dotatam dotare obligatus, aut vero est de alio genere personarum, a quibus sola dos subsidiaria debeatur; in primis terminis, nisi probabilis causa, seu ratio concurrat, quae suadeat dotantem rationabiliter vices paternas assumendo, tale munus tanquam negotiorum gestorem explevisse, admittenda videtur opinio Baldi in l. fin. C. de dotis promissione, num. 12. quem sequuntur caeteri relati per Merlin. de legitim. d. lib. 2. tit. 2. quae 17. num. 17. ut regulariter dotis favore illa censetur ab extraneo donata, per generalitatem text. in l. unica, §. accedit, C. de re uxori. action. Secus autem si dicta probabilitas adsit, quia nempe, absente, caetero, impedito, vel peritiae parte, alter conjunctus, amicus, administrator, vel minister, ex instinctu charitatis consulendi honestati puellae periclitanti, eam collocet, atque dotem promittat, atque cum hac distinctione recte conciliari possunt allegati pro donatione cum caeteris eam excludentibus; Cessante siquidem dicta facti circumstantia, quae facit, ut dotatio aliam habeat causam quam donationis, tunc pro ista recte videtur respondendum, quoniam utget favor dotis, & puellae, cui adhuc actio superest aliam dotem petendi a patre, & in cujus favoris ratione fundata est opinio Baldi, & sequacium; Impuret ergo sua temeritas, ac ignavitas hic dotans, quamvis donandi, animum non habuerit, cur abique justa ratione in alienam messem apponendo manus, cum debitis protestationibus sibi non consulit.

Et quamvis aliqui, quoties non agitur de repetitione contra ipsam mulierem, videantur indistincte firmare regulam donationis exclusivam, quasi quod dispositio textus in dicto §. accedit, solum favore mulieris procedat, ut inter alios advertit Mantica dicto libr. 13. tit. 13. num. 17. at tamen respectu patris, vel avi immediati aequivoquantur, quo-

niam induci donationem necesse, respicit favorem, vel praedictum ipsius mulieris, cui data dotatione jus remanet aliam dotem assequendi a patre, qui semper remanet debitor, sive filiae, sive extraneo donanti, ac repetendi debere dicitur, ideoque cavendum videtur ad considerationem, Mantica ubi supra, n. 29.

In aliis vero terminis repetitionis ab iis, qui in subsidium dotare tenentur, diversa sententia tenenda est, atque nisi urgeant conjecturae pro donatione, illa exclusiva, respondendum venit pro repetitione, atque in hunc sensum bene procedunt deducta per Mantica ubi supra, & Merlin. dicta quae 17. numer. 18. & segg. & 24. Boss. de dot. cap. 3. numer. 109. cessat namque tali casu favor dotis, & puellae, cui nil interest an dotem ab uno, vel ab altero consequatur, dum non nisi unicam petere potest, ita ut donatio haec, potius favorem obligati ad dotandum, quam ipsius puellae respiciet; Atque ista (ut praemisit) est differentia inter patrem, & alios conjunctos; ab illo enim filia quamvis dotem ex causa donationis ab extraneo affecta sit, aliam dotem petit, ideoque recte militat ipsius dotatae favor pro inducenda donatione; ab istis vero, quoties ab alio quamvis extraneo dotata est, aliam dotem non assequitur, ut supra, disc. 142. ideoque ad hanc distinctionem advertendum venit, quoniam ita multa contraria reducuntur ad concordiam.

Sit igitur casus ille, qui partes dotandi alienas filias assumit, in protestando de repetitione, praesertim contra patrem, quam protestationem licitam quoque censui supra, disc. 142. & 145. in illis quibus parte inope, subsidiaria obligatio a lege conjungitur, ut nempe protestentur se praebere dotem animo repetendi a patre quatenus ad pinguiorem fortunam deveniat; tunc enim intrat reintegratio dummodo filia dotata supervivat, quae circumstantia est necessaria, ut paterna obligatio durare dicatur; Siquidem de tempore dotationis pater non tenebatur quia inops, de tempore vero melioris fortunae obvoluta non teneatur, quia filia praecedisset, cum non debeat cogi dotare filiam, quam non habet.

Ista etenim est differentia inter patrem, & alios conjunctos, quoniam patris obligatio nunquam terminatur, sed tantum inopia dante obdormit, ita ut sicuti supervenit divitiis talis actio est exercibilis per eandem filiam proviam ad duplicatam dotem consequendam, ita aequius est illam exerceri posse per alios conjunctos, qui in subsidium praesentiae necessitati consulentes puellam temporaliter dotare protestati sunt, quatenus nempe causa subsidiaria daret; obligatio vero aliorum conjunctorum non est ejusdem naturae, nam eo ipso quod mulier est aliunde provisa evanescit; unde si puella habeat matrem inopem, & fratrem, vel patruum divitem, non poterit frater, vel patruus protestari de repetitione adversus matrem, quatenus dicto stat. nam de tempore obligationis mater non erat obligata, quia inops, & de tempore divitiarum neque obligata, quia filia est jam provisa.

Verum si ipsa pater, vel fortius alii conjuncti defloratam maritent, ac dotent, non praesumi dotasse de proprio, sed animo repetendi ad defloratorem, versus dicendum videtur, ut alibi notatur, isto enim casu non obstat ratio saepius considerata, ut scilicet concurrente favore ipsius puellae intrat praesumptio donationis, ut esset in presenti, quoniam ista puella dotem a dotante, ac aliam a stupratore consequetur, quod est absurdum; siquidem diversa est ratio inter unum casum, & alterum; in primo enim filia quamvis provisa assequitur aliam dotem a patre sine delicto, sed ex legis favore, ac providentia; in casu autem nostro reportaret hoc duplicatum lucrum ex turpitudine ac delicto, a quo stupratae quamvis per vim non est omnino immunis, quoniam in vagantem invivam diffidibilem gladius immittit potest; ac injuria quae ex supra manat, major est parentis, & conjunctorum quam ipsius puellae, cui sufficere debet honeste provideri cum unica dotatione, istaque controvertita fuit causa ut haec fragmenta lucem acciperent, ut supra, disc. 142.

Quoad secundum casum repetitionis constante matrimonio ab ipsam dotata, alibi agitur, dictamque differentiam agendi pro repetitione adversus eum, qui dotare obligatus est, vel adversus ipsammet mulierem, recte expendit Merlin. dicta quae 17. numer. 24. Verum isto etiam casu recte admittendum esse contra ipsammet mulierem subsidiarii dotantis protestationem, notatum est locis proximè supra citatis.

In tertio autem casu repetitionis solum matrimonio praetentior est tractatio scribentium, quorum major

ad istum casum directa est; verum in eo, excepta dote profectitia, constanter firmari potest regula repetitionis negativa, ac donationis affirmativa, quoties dotans de pacto reversus sibi non consulit, ut est concors omnium sententia, & de quo pacto, aliique conditionibus habetur, de se, §. ac alibi.

Advertat igitur oculus iudex, vel consulens veridicus ad distinguendos casus, & terminos, in quibus loquuntur Doctores super hujusmodi donatione, vel repetitione relictantes, quoniam cum ista distinctione omnia inveniuntur plana, quoties in contrarium non urgeant conjecturae, in quibus certa regula dari non potest, sed ex eorum concursu, nec non ex peritorum, temporum, & locorum qualitate; aliique facti circumstantiis prudentis iudicis partes erunt agentium intentionem pericrurari, aliquas tamen conjecturas congerunt in his terminis Merlin. d. q. 17. & alii ab eo relati.

Quartus, & ultimus est casus, in quo repetitio, seu verius resolutio dotis per dotantem praetendatur ob matrimonium non sequutum, cujus resolutio ponitur a puncto, an matrimonium fuerit causa finalis, vel impulsiva dispositionis, strictè agitur, cum de dispositionibus per ultimam voluntatem alibi agitur, Si enim matrimonium fuerit causa finalis, utique importat conditionem, qua non sequuta dispositio sit ad eundem disponendum urgeatur, quoniam actus est novus ac integer, non autem antiquus jam ex deficienti causa resolutus; Si vero matrimonium sit causa impulsiva, tunc dispositio remanet pura, ita ut mulier, in cujus favorem facta est, causa etiam non sequuta retineat, vel ad hanc de se transmittat rem in dispositione contentam, ut alibi advertitur.

19. Distinctio autem quae habetur in proposito dispositionis factae per ultimam voluntatem, an scilicet dos succedat necne loco legitima, non intrat in contractibus gestis ab eo, in cujus bonis puella sperare potest legitimam, quoniam haec non datur in vita, proindeque talis dos contra patrem, vel etiam viventem legitimam privilegia nullatenus habet; repetitur autem cadere potest haec distinctio in contractu gesto dicitur, ut saepe contingit in dote, quae per fratrem patris habitum foret constituitur, in hac enim legitima loco debita nil interest an matrimonium pro causa finali, vel impulsiva adiciatur, cum ex ea ob legitimam privilegia quae cum quocumque conditio rejecta maneat, ut disc. seq. & alibi, cum sit in jure planum.

Quare difficilis est in dispositione patris, seu alterius legitime non intrat; Et tunc distinguendo patrem alioque conjunctos dotantes ex necessitate, ab extraneis, vel etiam a ris personis, sive dotis constitutio facta sit occasione certi, nisi facta mentione, statuenda videtur regula pure dotatio sonat, tum ex eo quod cum dos non datur sine matrimonio, istud videtur praesuppositum tanquam necessaria conditio si qua non, ad text. in l. q. §. i. ff. de pact. l. i. §. ante nuptias, ff. pro dote, l. in rebus 17. §. stipulationem 21. ff. de jur. dotium, cum concordant. Tum etiam quia dum actus gestus ab eo, qui dotare tenebatur, potius est referendus ad causam necessitatis quam voluntatis ac donationis, cum nemo in necessitate Matric. dicto tit. 13. num. 8. & seq. neque hinc regulae obstant deducta per Dec. conf. 35. & Palchali. de patria potest. part. 1. cap. 4. ex num. 69. ubi loquentes in terminis dotis constitutae matrimonio non sequuto dotem censeri donatam, ac remanere in dominio filiae, atque cum Decio parum tamen digressum pertransire videtur Mantica. d. tit. 13. num. 20. quoniam oppositum de jure verius est, ut alibi probatur; aliud enim est eadem quantitate constitutum esse, juxta terminos Authent. sed quomodo, C. de re uxori. action. aliud vero dotem censeri pure donatam, ut ibi.

Et quamvis in proximis terminis donationis contemplatione matrimonii etiam facta per patrem, recepta & communi distinctio sit, ut attendatur, ac contemplatione certi, & determinati matrimonii facta sit, necne, ut primo casu matrimonium censetur causa finalis, proindeque donatio sit conditionalis, secus autem secundo, quando reputato ma-

trimonio tanquam causa impulsiva dos remanet pura, ut in sua materia sub tit. de donat. non videntur tamen isti termini applicabiles; tum quia donationem quidem propter proprias pro dotis, & lucrorum securitate pater facere tenetur filio, juxta unam opinionem, sed non donationem contemplatione matrimonii, quae semper sonat in actum voluntarium, ideoque termini non sunt aequales, cum hic praesupponatur agi de dote ab eo, qui de jure ad id cogi poterat, tum quia in primo casu actus principaliter sonat in titulum, & causam donationis regulariter puram, ita ut querendo de conditione, agi dicatur potius de inducenda limitatione contra regularem actus naturam; In casu autem nostro titulus donationis non est expressus sed titulus dotis, qui in sua vera, & propria significatione impliciter regulariter continet conditionem matrimonii, sine quo non datur dos; Quare nisi concurrant conjecturae, vel facti circumstantiae, ob quas inducatur tacita donatio pura, pro istius exclusione, ac resolutione actus ob causam non sequutam videtur in dubio tute constituenda regula.

Quovero ad extraneos, quorum nomine, ut alias dictum, recensendi sunt omnes, quibus proxima dotandi necessitas non incumbat, ita ut actus aliam non habeat causam, quam affectionis & voluntatis, aut constitutio dotis facta est occasione certi, & determinati matrimonii, aut non; Primo casu decisio pendet ex circumstantiis facti; si enim constat extraneum non tam fuisse motum ad promittendam, vel dandam dotem intuitu, & contemplatione mulieris, quam etiam viri, cum quo matrimonium erat in eundem, & tunc utique actus dicitur conditionalis; Si vero probabile sit, dotantem adhuc esse dotaturum, quia nempe nullam attinentiam, vel affectionis rationem habeat cum viro, sed unica ratio concernat personam mulieris, & tunc actus est purus importans donationem puram matrimonio non sequuto duraturam, ad text. in l. si donaturus, primo, & secundo responsos, ff. de donation. ab caus. Mantica dicto tit. 13. numer. 30. ver. Si vero extraneus, & confert generaliter text. in dicto l. unico, §. accedit de re uxoria. at. ex quo Fontanel. de pact. claus. §. glof. 1. part. 3. numer. 1. plenè Surd. conf. 534. numer. 2. cum seq. Gratian. discipul. 565. numer. 25. cum aliis per Boss. de dot. cap. 3. numer. 99.

Ista vero ratione attenda sequitur, ut ubi dos indefinitè pro incerto ac indeterminato matrimonio constituta est, semper censetur pure donata, atque matrimonium sic causa impulsiva, non autem finalis, quia in excogitabilis est ratio affectionis erga futurum virum, qui omnino incertus est, ac indeterminatus, nisi incertitudo velletur circa speciem, non circa genus, quia nempe dos constituta sit pro matrimonio contrahendo cum persona incerta de certis, puta cum uno de familia, agnatione, parentela, &c. quo casu considerabilis etiam esse potest ratio affectionis erga virum; neque obstat videtur regula, ut dotis promissio habeat tacitam conditionem, si nuptiae sequantur, quoniam respondetur id procedere quoad promissionem viro factam, secus autem ipsimet mulieri, & quatenus de ipsius favore agatur.

Verum neque ita simpliciter ista conclusio recipienda venit, humana siquidem ratio, atque communis usus quemquam docet quod sepe conjuncti, seu benevole, vel charitativa persone inducuntur ad constituendam alicui puellae dotem sub fine illarum collocaionis in matrimonio spirituale, vel carnale, alias non facturae erga mulierem in statu libertatis minus laudabiliter vivere volentem; Vel quatenus in nuptiis decedat, erga ejus extraneos heredes ab istis nec cogitatos, nec cogitatos, nec generalitatis in dicto §. accedit, quiddam movere debet, percutit namque solum favorem mulieris, ac matrimonii, ut uno inestatuato aliquid contrahat dispositio, sive ad aliam effectum reverfionis dotis solum matrimonio, quando adimpleta conditione, ac sequuto sine dotandi, dos effecta est liberum mulieris partium; Sed ut id, quod expressè datum est pro dote, debeat pariter nullam habere videtur juris, vel aequitatis rationem, imò ratiois, & verisimilis intentionis repugnantiam manifestam, neque textus in dicta l. si donaturus obstat, quinimo verisimilem disponentis voluntatem, quod alias esset donaturus, & sic quod actus simpliciter sonet in donationem puram, non autem in titulum dotis, quamvis iste pro causa impulsiva exprimitur.

Ideoque decisio regulanda videtur ex facti circumstantiis, ex quibus qualis fuerit intentio donantis desumatur, ut in esse.

effectus sensus est 7. Consulti in d. l. si donator; Circumstantiis vero, & conjecturis deficientibus recurrendum est ad verba, ac quibus dispositio concepta est, an scilicet dotis titulus, ac nominis, substantia; vel potius executioni dispositionis adjectura sit.

Licet enim in hac verborum figura vis non sit constituenda, sed in substantia veritatis, attamen id intelligendum est, vel ubi conjunctura veritatis veritatis urgeant, quae verborum cordi debent prevalere, vel in dispositionibus per ultimam voluntatem, in quibus conditiones incertae quoadmodumque adiciantur sive substantia; sive conditionales, quae substantia; adicitur, ut ibidem; atque ista videtur differentia inter unum casum, & alterum, inter quos alia item solet assignari ratio, quod nempe actibus inter vivos, faciens sibi debet imputare cur apertius legem non dixit, ideoque in dubio contra eum sumenda est interpretatio, non sic est in ultimis voluntatibus, in quibus lex committendo testantium angustias, benignissime illorum voluntates ad haredum favorem interpretatur, ut quo minus fieri poterit eos gravent, istaque opinio videtur in judicando, & consulendo recipienda, tanquam quior, ac facientis veritatem voluntati, usisque communi magis adequata, quidquid in sophistica disputandi ratione per scholasticos attentio literali legum rigore dici possit, sub censura tamen purgationis iudicii: Quae tamen omnia intelligenda sunt in dubio, & quatenus non adhaerent pacta in contrarium, de quibus habetur, *disse. sequenti.*

ANNOT. AD DISC. CLIII.

Adnotatum supra, ad disc. 35. & infra in hoc tit. disc. 213, & 177.

Quo nomine dos constituta censetur, & de quibus bonis, an scilicet de propriis, vel ipsius dotariae, sive an proprio, vel administratorio nomine; Et ubi per patrem, an, ut fatisset paterna obligationi, vel tanquam ab extraneo, ad effectum inspiciendi, an dos dicatur profectitia, vel adventitia: Et de effectibus exinde resultantibus.

S U M M A R I U M.

- 1 Distinguntur casus.
- 2 Pater, vel avus censetur dotasse, ut sua obligationi satisfaciatur.
- 3 Ampliatur in omnibus casibus in quibus dotare tenetur.
- 4 Quando id procedat in avo.
- 5 Quid in filia vidua secundam dotem habente.
- 6 Procedit item principalis conclusio, de qua num. 2. etiam si pater sit administrator bonorum filiae.
- 7 Quid accedente, contrariae patris declaratione post dotem constitutam; Et quid si dos constituitur in capitulis matrimonialibus initis per scripturam privatum, & deinde declaratio fiat in instrumento.
- 8 Et quid ubi ab initio pater declarat dotare de paternis, & maternis.
- 9 An renunciatio aliis bonis per filiam facta sibi obstat.
- 10 Procedit conclusio principalis etiam si dos sit exclusiva, & paternam substantiam ab sorbeat, quod declaratur infra, n. 18.
- 11 Etiam in donatione propter nuptias.
- 12 Ubi pater distinguit summas, cessat conclusio, & quid ubi dicat pro omni, & toto eo, &c. an in dicta dote censetur inclusa bona materna, vel propria mulieris.
- 13 Si pater unam filiam dotavit expresse de paternis, & maternis, an dos constituta alteri filiae censetur eodem modo.
- 14 Paternis bonis non sufficientibus censetur dos constituta de bonis propriis filiae.
- 15 Si filia sibi constituit dotem de proprio, & deinde pater solvit, censetur hic solvere de bonis propriis filiae.
- 16 Quid ubi pater constituit dotem non genero, sed ipsi filiae, & quae sit differentia inter hos casus.

- 17 Conclusio principalis non procedit in patre naturali dotante filiam bastardam.
- 18 Datur regula generalis, quomodo conclusio cum ampliationibus, & limitationibus sit intelligenda.
- 19 Pater dotante filiam supratam a stupratore dotandam, an procedat conclusio.
- 20 Accedente declaratione, vel observantia, fortius procedunt notata supra, n. 18.
- 21 Si pater constituit dotem de paternis, & maternis, & solvat partem, illa censetur prius soluta de paternis etiam si filia maternis renunciaverit, quia renunciatio non obstat.
- 22 Presumptio in qua fundatur principalis conclusio, ut dos censetur constituta de paternis, an sit juris tantum, vel juris, & de jure.
- 23 Quid veniat dicendum de avo mediato, vel aliis ascendentibus.
- 24 Pater, & matre simul dotantibus censetur maternam obligationem esse fidejussoriam, & subsidiariam, & quando dicatur quae principalis.
- 25 Quid in dote promissa per matrem, & ejus filios qui sint fratres dotandae.
- 26 Ubi sola mater dotat, an censetur dotasse de suo, vel animo repetendi a viro, & aliis, &c.
- 27 De dote constituta per fratres, an censetur de proprio, vel de bonis ipsius sororis, sive aliorum ad quos pertinet onus dotandi.
- 28 Si fratres tanquam heredes patris constituant dotem, ad quam solvendam bona paterna non sufficiant, an teneantur supplere de proprio.
- 29 Heres cum beneficio inventarii nunquam in Regno Neapolitano tenetur de proprio, etiam si proprio nomine se obligaverit, nisi expresse renunciet dicto beneficio.
- 30 Sed quid de jure communi, an haeres se obligans de proprio gaudeat dicto beneficio.
- 31 Pater, & fratres dotantibus, fratrum obligatio censetur subsidiaria, seu fidejussoria.
- 32 De dote constituta per patrunc, vel alios conjunctos, an censetur de proprio, vel administratorio.
- 33 Et sic patet quid dicendum de dote constituta per extraneos, an de proprio, vel administratorio nomine censetur praesertim in tutore, &c.
- 34 Si administrator constituat dotem nomine administratorio, sed bona administrata non sufficiant, an teneatur supplere excessum de proprio.
- 35 Quid de dote constituta per conjuges communi filia in illis locis, in quibus sit inter eos societas bonorum.
- 36 De dote constituta per matrem animo elevandi patrem, & de effectibus inde resultantibus, &c.
- 37 Dos data a patre dicitur profectitia etiam si filia non esset in potestate.
- 38 Donatio inter patrem, & filiam subsistet in causam dotis.
- 39 Etiam pro dotis augmento, & quid si non sequatur matrimonium.
- 40 Dos donata filiae dicitur adventitia.
- 41 An pater habeat usufructum in bonis ab ipso donatis filio.
- 42 In dubio dotis censetur potius profectitia.
- 43 Quando pater censetur dedisse filio bona jure peculii, vel jure donationis.
- 44 An & quando resolvet donatio ex stipulatione dotem reddendi filiae.
- 45 Quid si filia sit absens.
- 46 Inducitur donatio etiam si pater stipuletur reddi sibi in reliquis casibus quoad alios.
- 47 Idem in augmento dotis constante matrimonio per patrem facto.
- 48 Si filia se ipsam de bonis paternis dotet, & sibi stipuletur pater presente, & non contradicente, adhuc inducitur donatio.
- 49 Quid ubi stipulatum est reddi filiae, vel cui de jure, & verius est donationem non induci, ac referuntur sententiae contrarium.
- 50 Si stipuletur reddi ipsi, & filii nascituris, adhuc remanet profectitia, & donatio excluditur.
- 51 Conclusio, seu ex stipulatione reddi filiae inducitur donatio, fundatur in sola presumptione juris contrariis probationibus, vel presumptionibus excludenda.

- 52 An declaratio ejusdem patris ex intervallo admittatur.
- 53 Recensentur effectus ex hac institutione resultantis, an do sit profectitia, vel adventitia, & primus est quod profectitia revertitur ad patrem, & cum ejus patrimonio consolidatur, & ex mutatione status minuitur.
- 54 Etiam si ex matrimonio filii supersint, quoties dissolvitur morte viri filia supersit.
- 55 Adventitia non revertitur, nec diminutionem patitur ex mutatione status.
- 56 Alter effectus est circa successionem, qua in adventitia filii succedunt matri, tanquam heredes, profectitia vero, vel revertitur ad patrem jure peculii, vel succedunt filii tanquam filii vocati a consuetudine Martini, ita non teneantur esse heredes matris.
- 57 Agitur de alio effectui imputationis hujusmodi dotis in legitimam debitam nepotibus in bonis avi matre praefuncta.
- 58 An filia superviens impuet in legitimam dotem sibi a patre traditam.
- 59 Dos materna per filios non agitur, an transmittatur ad heredes, & remissioe plura deducuntur, ob quae contra regulam sit locus transmissionis.
- 60 In dote adventitia ex tacta patris donatione resultantis, an filia decedens abique filio habeat hereditatem, & de ea disponat, vel potius ea revertatur ad patrem.
- 61 An de hujusmodi dote filia possit facere donationem causa mortis sine patris consensu.
- 62 Dos tradita per patrem filia regulariter judicanda profectitia, sit tamen adventitia, si statutum ita disponat ut sit illud Bononiae.
- 63 E contra ea particulari provisione illa, quae effectus adventitiae, potest habere naturam profectitiae.
- 64 Dos data per avum mediatum, vel etiam extraneum contemplatione patris dicitur ad omnes effectus profectitiae, perinde ac si ab eodem patre data esset, nisi adsint circumstantiae inducentes donationem.
- 65 Quando dos data ab avo, vel alio ascendente censetur intuitu patris, vel ipsius dotatae.
- 66 Quod per avum datur nepoti, an impuetur in legitimam patris, cuius intuitu datum dicitur, &c.
- 67 Recensentur plures opiniones super questione de qua supra, num. 29.
- 68 Verior tamen videtur opinio, ut in dubio censetur datum intuitu patris.
- 69 Pater inopie avus, vel mater dotantes, an repetant ab eo effectus idoneo.
- 70 De comitibus ex quibus dos intuitu patris data censetur.
- 71 De dote data per patrem, vel patrunc, an intuitu patris.
- 72 Quid de data per extraneum.

D I S C. CLIV.

Pro notitia istius materiae, quae potius facti, quam juris esse videtur, in dignoscendo scilicet qualis fuerit dotantis voluntas, distinguenda sunt personae, quarum quatuor ordines constitueri oportet; primus est patris, vel avi paterni, cui nepos dotanda; patre de medio sublato, sit immediate; secundus avi mediatum, vel aliorum ascendentium, ex quorum bonis patri dotanda legitima debita sit; tertius matris, ac fratrum, & patruorum, & aliorum ad dotem subsidiariam ratione sanguinis, vel charitatis a lege obligatorum; & quartus extraneorum nullam dotandi obligationem habentium, sub quorum extraneorum genere computandi sunt etiam sanguine conjuncti, ac alii de jure obligati, quorum non sit proxima causa, seu obligatio dotandi, quia proximiores adsint.

Quoad patrem, vel avum immediatum jure patris regulandum, regula est censeri dotasse de proprio, & ut paterna obligationi satisfaciatur, ad textum expressum in l. fin. Cod. de dot. promiss. cum quo scribentes communiter pertranseunt, quorum frustra desideratur auctoritas, ubi clarum habemus casum legis; sola enim controversia est circa rationem, quae diversimode circumfertur, sed praemisilla videtur vera, ex eodem textu aperte deducta, ut nempe censetur proprio, ac necessario muneri satisfecisse, ut ex Ripa in l. 1. n. 54. ff. sol. mar. & aliis advertunt Mantic. de rati. lib. 12. tit. 19. n. 6. Menoch. lib. 3. praesumpt. 15. n. 6. & seq. Palchal. de patr. potest. p. 2. cap. 6. n. 2.

Ampliatur generaliter haec regula, ut procedat in omnibus illis casibus, in quibus de jure filiam quamvis divitem, & aliunde provilam dotare tenetur, & ex qua generali ratione resultant casus speciales, quos pro distinctis ampliationibus notant Menoch. ubi supra, Mascard. de probat. conclus. 1150. Giurb. ad consuet. Mellan. cap. 3. glof. 6. part. 1. ex num. 1. & Palchal. ubi supra, Boll. de dot. cap. 4. numer. 33. cum plur. seq. qui materiam late pertractant, sive scilicet filia sit in potestate, sive emancipata, ac sive dives ac nupta, vel vidua; omnes etenim istae ampliationes veniunt sub iam dicta generali, ejusque ratione militante, & non aliis; nam si veremur in casu quo cesset simplex obligatio paterna, atque vigeat solum obligatio subsidiaria, tunc diversimode judicandum est, atque de patre idem censendum est quod de tertio personarum ordine notatum, ut ex inferius dicendis constabit.

Quare juxta hunc sensum, dictaque ratione attenda, intelligenda venit ampliatio tradita per Giurb. ubi supra num. 3. ut nempe quod dictum est in patre, procedat etiam in avo; etenim enim haec ampliatio sustentabilis est, quatenus avus nempe immediatam dotando, patris munus exerceat, atque locum occupet, ut supra est praenotatum; quodque ista Giurb. observatio sit aliquantulum indigesta, constat ex eo quod allegat Man. icam dicto tit. 19. n. 37. qui dicto loco nihil de hac re agendo num. 38. totum oppositum firmat.

Eodemque respectu contrit, seu indigesta videtur alia ampliatio tradita per eundem Giurb. num. 5. in filia vidua, quae abique culpa priorem dotem perdidit, cum enim iam dotata dotem amittenti, ex sola commiserationis ratione nova dos debita sit, & sic in subsidium, ut supra, discurs. 142. ideo non intrat dicta regula, fedisse casus inter illos tertii personarum ordinis est situandus; atque Menoch. d. praesumpt. 15. num. 13. & alii quos allegat, volunt, regulam textus in dict. l. fin. procedere etiam in secunda dote, quae filiae viduae constituitur, & merito, quia ex regula textus in Authentica sed quamvis. Cod. de rei uxor. ab. prima dos ad patrem jam reversa, filiae quamvis diviti dendum munus danda est, nullum autem verbum dicitur de casu primae dotis amissa; ideoque dempta dicta circumstantia amissionis, recte procedit haec secunda ampliatio etiam in secunda dote, quae pro ulterioribus nuptiis filiae viduae constituitur ex necessitate derivata ab Authentica praedicta, atque juxta hunc sensum capiendi sunt loquentes de hac materia hinc inde deducti per Palchal. num. 25. & seq.

Ampliatur tertio etiam si pater sit administrator bonorum filiae; licet enim tunc Bart. in l. Nejenius per illum textum n. 5. ff. de negor. gest. credit administratorio nomine dotem censeri constitutam, ejus tamen opinio communi calculo reprobatior, quoniam idem textus in d. l. fin. praesupponit adesse bona materna sub administratione paterna, ut post scribentes in l. 1. ff. sol. matrim. advertunt Mantic. d. tit. 19. n. 13. Mascard. d. conclus. 1150. n. 29. Menoch. d. diff. praesumpt. 15. n. 14. & seq. Giurb. ubi supra, n. 21. Palchal. n. 23. Boll. d. cap. 4. n. 35. & 40. Cum enim praesumptio deducta ex dicta l. fin. fundetur in legali necessitate, in cuius adimplementum pater censetur dotem constituisse, administratio autem aliorum bonorum hujusmodi necessitatem non tollat, quia filiam etiam divitem patre dotare debet, hinc proinde nulla subest ratio, cur Bartolo sit adhaerendum, praeterquam in casibus limitationum ut infra.

Ampliatur quarto, etiam si pater expresse protestetur, ac declaret de bonis filiae dotare voluisse, quoties tamen protestatio facta sit ex intervallo post dotem jam constitutam, quia cum tunc filiam perfecte quassitum sit, non potest ex subsequenti declaratione tolli, Coccin. dec. 29. n. 3. Mascard. n. 10. Menoch. n. 19. Palchal. n. 13. & seq. Giurb. n. 7. Cyriae contr. 90. num. 47. Boll. n. 39. hinc si post firmata jam capitula matrimonialia in instrumento dotali, quod postea celebratur, haec declaratio adiciatur, non venit attendenda, quia per capitula fuerat jam quassitum jus, nisi in capitulis conventum sit expresse de instrumentum celebrando cum pactis, & conditionibus in eo contentis, quia tunc capitula non dicuntur perfecta; instrumentum autem reservatum, censetur in eis insitisse.

Ampliatur quinto etiam dicat dotare de paternis, & maternis, vel ejusdem filiae; nam adhuc de paternis tantum censetur principaliter dos constituta; materna vero, vel alia dicuntur adjecta pro cautela viri, ac in subsidium, quatenus paterna non sufficiant, ut clare probat licita textus in eadem l. fin. Mantic. num. 8. & seq. Giurb. n. 9. & 18. Menoch. num. 22. Palchal. num. 3. Amac. lib. 1. var. res. fol. 23. num. 10.

num. 10. Bottiglier. de success. theoremi. 96. num. 2. & seqq. Boff. num. 59.

Dicitur ampliationem plerique extendunt etiam si expressè pater declaraverit dotare partem de bonis suis, & partem de matris, vel propriis filiæ, sive in totum de istis, ut hujusmodi declaratione non obstante adhuc procedat regula textus prædicti, ut tenent Bal. Novell. part. 6. p. 11. v. 6. quem aliqui sequuntur relati per Mascard. num. 8. Menoch. num. 24. post med. Giurb. num. 11. Paschal. num. 10.

Verum hæc extensio magis communiter reprobat, quoniam dispositio dictæ l. fin. fundata est in præsumptione, quæ cessat ubi constat expresse de veritate, cui semper præsumptio cedit, ac etiam quia impossibile videtur, ut quis præter intentionem obligatus remaneat, ut post Socc. Jun. Ripam, & alios, Mascard. num. 19. & seqq. Menoch. decis. numer. 24. Giurb. numer. 14. Paschal. num. 11. Ludovic. decis. Perusin. 21. num. 28. Boff. ubi supra numer. 67. cum seqq. Buratus decis. 283. n. 5.

Neque adhuc opus est inspicere, an filiæ hujusmodi declarationi acquiescerit necne, ut aliqui putant requiri, quoniam aliud est dotem de unis, vel aliis bonis constitui, aliud filiam à jure consequendi dotem à patre debitam excludi; ad secundum igitur effectum necessarius est consensus prædictus, quem non sufficere tacitum, sed requiri expressum, ex pluribus probat Giurb. n. 11. & plenius habetur decis. seg. ubi de pactis dotalibus, secus vero ad primum in quo sola facti veritas inspicenda est; stant enim simul quod dos de bonis propriis filiæ constituta sit; quod hujusmodi competat aliam dotem à patre petendi.

Extendunt item alii ampliationem prædictam, etiam si filiam necdum dictæ dori acquiescat, sed aliis bonis renunciet, ut ex Afflicto decis. 187. num. 13. & alius, Giurb. n. 12. cum aliis per Boff. ubi supra, num. 65. cum seq. Verum hæc sententia pariter damnanda est, ut advertit Paschal. num. 5, ad equivoce siquidem tollenda in hoc observandum est quod aliud est agere de bonis bonis dos constituta dicatur, aliud an obliet renunciat, aliud vero ad adversus eam hereditatem, vel aliud remedium competat; ad primum enim effectum, certum est absque renunciatione declarationem sufficere, ut supra, multo magis ea concurrente; ad secundum vero quæstio est potius facti, quam juris, in persequendo sci licet qualis fuerit intentio renunciantis, & si bona materna, vel an dos à patre debita deatut comprehendi in renunciatione, necne, quod judicandum venit ex facti circumstantiis; alique admodum inferius considerandis pro indagatione facti, quos certitudine datur, jus est clarum, ut renunciantis jura sua non deatut amplius regressus, in dubio autem bona materna non censentur includi, cum renunciatio sit stricti juris, strictèque intelligenda, ut in his terminis ex Bar. in l. jurisjurandi, §. liberi in fin. ff. de oper. libert. Cancr. part. 2. var. cap. 6. de solut. num. 62. & seq. quem sequitur Prat. in add. ad Paschal. decis. cap. 6. part. 6. in fin. fol. 367. Boff. num. 66. Verum adhuc dicendum est rem positam esse in iudicis arbitrio, decidendam ex conjecturis, ac particularibus facti circumstantiis, quæ verisimiliter voluntatem renunciantis, ac renunciantii suadeant.

Limitatur tamen alii ampliationem prædictam, etiam si filiam necdum dictæ dori acquiescat, sed aliis bonis renunciet, ut ex Afflicto decis. 187. num. 13. & alius, Giurb. n. 12. cum aliis per Boff. ubi supra, num. 65. cum seq. Verum hæc sententia pariter damnanda est, ut advertit Paschal. num. 5, ad equivoce siquidem tollenda in hoc observandum est quod aliud est agere de bonis bonis dos constituta dicatur, aliud an obliet renunciat, aliud vero ad adversus eam hereditatem, vel aliud remedium competat; ad primum enim effectum, certum est absque renunciatione declarationem sufficere, ut supra, multo magis ea concurrente; ad secundum vero quæstio est potius facti, quam juris, in persequendo sci licet qualis fuerit intentio renunciantis, & si bona materna, vel an dos à patre debita deatut comprehendi in renunciatione, necne, quod judicandum venit ex facti circumstantiis; alique admodum inferius considerandis pro indagatione facti, quos certitudine datur, jus est clarum, ut renunciantis jura sua non deatut amplius regressus, in dubio autem bona materna non censentur includi, cum renunciatio sit stricti juris, strictèque intelligenda, ut in his terminis ex Bar. in l. jurisjurandi, §. liberi in fin. ff. de oper. libert. Cancr. part. 2. var. cap. 6. de solut. num. 62. & seq. quem sequitur Prat. in add. ad Paschal. decis. cap. 6. part. 6. in fin. fol. 367. Boff. num. 66. Verum adhuc dicendum est rem positam esse in iudicis arbitrio, decidendam ex conjecturis, ac particularibus facti circumstantiis, quæ verisimiliter voluntatem renunciantis, ac renunciantii suadeant.

Limitatur quarto ubi filia se dotat, promittendo dotem de suo, postea vero pater solvit, quia si habet in manibus de bonis filiæ, puta dotis maternas, censetur solvisse in compensationem, retenta natura constitutionis jam factæ, Mascard. num. 26. Giurb. numer. 25. Boff. num. 48. Mant. num. 39. qui num. 31. & sequent. possit sub dubio, ut apud eum.

Quinto limitatur, ut regula procedat ubi pater constituit dotem genero, secus si promittat eidem filie, Gabr. decis. conf. 156. n. 25. lib. 1. quem simpliciter sequitur Menoch. n. 32. sed hæc observatio Gabrielis male adducitur pro limitatione regulæ principalis; nam tanquam talis nullo jure probatur, nullamque habet rationem, vel autoritatem; ponamus etenim quod pater simpliciter filie dotem constituit, utique vanum esset afferere, illam censeri constitutam quoque de matris, vel de ipsius filiæ propriis, quare subalternari tantum posset pro limitatione quintæ ampliationis, quoniam tunc pater constituit dotem à se de suis, ac alienis, quasi quod in constitutione facta cum ipsamet filia absque interventu generi, videtur cessare ratio, in qua fundatur ampliatio prædicta, ut nempe aliena deducta sint in subsidium pro cautela sponi, quatenus propria bona patris dotantis non sufficerent.

Sexto limitatur, ut non procedat in patre naturali quem non præsumitur de suo dotare filiam aliunde habentem, sed

Ampliatum septimo etiam in donatione propter nuptias, Menoch. numer. 9. Mascard. num. 7. apud quos, & alios 11 deductos videri possunt si quæ sunt alia ampliationes.

Eadem conclusio limitatur, primo ubi pater expressè declaraverit quantum det de suis, & quantum de filiæ, 12 distinguendo summas, ut aliter tam probant Menoch. num. 14. & seq. Giurb. num. 14. Mand. num. 22. Boff. num. 67. & 68. cum aliis supra in declaratione quintæ ampliationis, atque isto casu infra inspecto petendi supplementum, si portio quam pater dedit de suo, congrua à se debitam non aequat; cessat attamen quæstio voluntatis, que non datur in claris, ad vulg. text. in l. ille, aut ille, ff. delegat. 3. in actibus etiam inter vivos latè exornatum per Rotam decis. 44. num. 14. part. 11. recentior. sed si summas non expressè dedit, cessat attamen conventam pro omni, & toto eo, & ista generalitas sufficit iuxta magis communem, de qua Menoch. eodem num. 24. latè Mascard. ex n. 18. Mant. num. 27. Giurb. num. 28. Paschal. num. 11. cum aliis supra, & per Boff. num. 78. vers. alii magis communiter, atque ita passim servat vult, nedum ubi dos constituitur pet actum inter vivos, verum etiam per ultimam voluntatem, Buratt. decis. 283. num. 2. & seqq. ubi in specie quod factio per patrem legato dotis pro omni, & toto eo quod de suis bonis, ac hereditate præterere possit, tunc tenetur inclusa etiam portio dotis maternas; & licet aliqui distinguant, an dixerit de bonis, vel de hereditate, quasi quod dicendo de bonis non inducatur compensatio debiti dotalium maternas detractum, ex quo bona dicuntur detracta ære alieno, secus si dicat de hereditate, que jura activa, & passiva in univerfium continet, ut advertit Buratt. ubi supra, contrarium tamen tenet Cancr. part. 2. var. cap. 6. num. 63. & seqq. quem refert, & sequitur Pratus ad Paschal. decis. cap. 6. part. 2. in fin. fol. 367. cum aliis per Boff. num. 78. in princip. cum Bar. indistinctè ut dotem maternam petere possit, sive dicat de bonis, sive de hereditate, & habetur fura in Spoletana, decis. 34.

Limitatur tamen ubi pater aliam filiam prius dotasset expressè partem de suis, partem de illis filiæ, si enim deinde aliam filiam dotat, censetur eandem methodo tenuisse ad servandam inter filios æquitalatem, Mant. num. 25. Mascard. num. 16. & seq. Menoch. num. 26. Giurb. num. 27. quallegat Soccin. & Reinum, ac alios, Boff. num. 51. ab eis tamen dissentit Ripa, & ceteri relati per eundem Menoch. numer. 27. & Paschal. num. 19. & seqq. Boff. d. n. 51. qui amplecti videntur distinctionem, ut limitatio procedat ubi in secunda dote pater declaravit dotare de paternis, & matris, seu aliis in consulo, quoniam ista genericæ declarationis, que aliis non sufficeret, efficaciam acquirat ab observantia, & specifica declaratione habita in dotatione præcedenti alterius filiæ, eandemque distinctionem sequitur Mant. decis. num. 25.

Tertio limitatur in patre inopere, vel ubi summa promissa totas vires patrimonii excederet, quoniam id, quod vires paternæ ferre non possunt, censetur promissum de bonis propriis filiæ, ut ex Soccin. & aliis Mascard. n. 24. & 27. Giurb. n. 22. & 24. Mant. d. tit. 19. ex n. 15. Boff. n. 47. qui latè discursit.

Limitatur quarto ubi filia se dotat, promittendo dotem de suo, postea vero pater solvit, quia si habet in manibus de bonis filiæ, puta dotis maternas, censetur solvisse in compensationem, retenta natura constitutionis jam factæ, Mascard. num. 26. Giurb. numer. 25. Boff. num. 48. Mant. num. 39. qui num. 31. & sequent. possit sub dubio, ut apud eum.

Quinto limitatur, ut regula procedat ubi pater constituit dotem genero, secus si promittat eidem filie, Gabr. decis. conf. 156. n. 25. lib. 1. quem simpliciter sequitur Menoch. n. 32. sed hæc observatio Gabrielis male adducitur pro limitatione regulæ principalis; nam tanquam talis nullo jure probatur, nullamque habet rationem, vel autoritatem; ponamus etenim quod pater simpliciter filie dotem constituit, utique vanum esset afferere, illam censeri constitutam quoque de matris, vel de ipsius filiæ propriis, quare subalternari tantum posset pro limitatione quintæ ampliationis, quoniam tunc pater constituit dotem à se de suis, ac alienis, quasi quod in constitutione facta cum ipsamet filia absque interventu generi, videtur cessare ratio, in qua fundatur ampliatio prædicta, ut nempe aliena deducta sint in subsidium pro cautela sponi, quatenus propria bona patris dotantis non sufficerent.

Sexto limitatur, ut non procedat in patre naturali quem non præsumitur de suo dotare filiam aliunde habentem, sed

sed potius de bonis ipsius filiæ, Bald. in l. Marcius, §. cum quibus, il primo de leg. 2. & alii relati per Mascard. & Menoch. utrobique numer. ultimo, Giurb. num. 32. Mant. numer. 32. Boff. num. 89. licet Menoch. credat id procedere de rigore juris civilis, secus autem de canonico, quod attento clariss. pater naturalis loco alimentorum filiam dotare teneatur; verum hanc Menochi considerationem credo minus tutam, quoniam circa hoc consensus juris civile, & canonici, alia non vertitur differentia, nisi quod attento primo dos debet naturalibus tantum, & non spiritibus, de secundi autem dispositione debet omnibus indistinctè ut supra; decis. 142. ideoque credo limitationem de utroque jure esse veram e ratione, quod hoc onus in patre naturali est subsidiarium, & sic cessat si filia habet alia bona, ex quibus dotari possit; quinimo cessante necessitate, regulatiter prohibuitur est patris dispendere ad favorem bastardorum, ac propterea ad excludendum delictum censendum est gestum id, quod erat de jure faciendum; istæque sunt ampliationes ac limitationes, quæ frequentius per scribentes notantur, atque alia si quæ sunt parum contingibiles, apud eos videri possunt.

Omnia hæc procedunt jure communi inspecto, quid autem dicendum sit de dote constituta per conjuges communi filie in illis locis, in quibus bonorum societas inter eos ex jur. municipaliter est inducta, ut frequenter est in Hispania, consulantur late cumulat per Giurb. ad consuetud. Messan. d. c. 3. glo. 6. par. 1. c. ex nu. 49. cum extra viventes eo jure particulari nimis tediosum reddatur in generali materia tractatione has particulares inspectiones longum sermone postulantes assumere, ad præstatum igitur Authorem sufficiat relatio, apud quem concordantes habentur; & quid in Civitate Neapolis vigore particularis consuetudinis illius Civitatis que incipit, Si constante, videri possunt illarum consuetudinum Glossatores, in Regno enim vivitur jure communi, neque per illius leges particulares est aliquid immutatum.

Sed si detur casus, quod mater explicitè dotet filiam de bonis suis animo non repetendi, cum declaratione tamen liberandi virum, seu patrem respectivè ab onere dotationis, ita ut dos prædicta delerviat etiam loco dotis debite per patrem, qui sit facultarius idoneus, atque de jure ad tantam quantitatem obligatus, tunc ultra effectus inde resultantis, ut hæc censetur potius profecticia dos quam adventitia, de quo infra, resultat etiam alter effectus invaliditatis actus quoad ipsos conjuges inter se tanquam sonantis in donationem inter eos prohibitam, ita ut tanquam donatio conjugum regulanda sit; nil suffragante juramento forsitan interposito, quoniam illud operabitur quidem majorem actus efficaciam, ac validitatem quo ad eos, quibus dotis promissio, vel datio facta est, sed non inter ipsos conjuges, nisi explicitus titulus expressè donationis intercedat; licet enim, juxta veriorum sententiam, juramentum operetur validitatem donationis inter conjuges, id tamen procedit in donatione expressa, secus autem in tacita, & virtuali, ut habetur infra, d. cons. 159. de dote confessata, quod facti importare poterit, nedum ad effectum, ut mariti dotanti libera maneat facultas repetendi viro id quod sub hoc colore invalidè donatum fuit, sed etiam quantum mulier decedens in eadem voluntate perseveret ad effectum commensurandi legitimam filiorum ejusdem matrimonii, vel ad terminos l. hæc edictali, Codic. de secundis nuptiis, pro filiis prioris matrimonii cum similibus.

His ita cognitis, quo scilicet nomine ac de quibus bonis dos constituta censetur, resultat de consequenti inspecto, an & quando dos censetur profecticia, vel adventitia, & in hoc quamvis profectici terminus non cadat nisi in iis qui sub patria potestate vivunt, in dote tamen non facit profecticiam jus potestatis, sed nomen patris, quoties tanquam pater dederit, ad text. in l. profecticia, §. pater, §. 1. ff. de jur. dot. glo. in l. Avia, verbo profecticia, C. eodem; paterna siquidem obligatio ita est erga filiam in potestate, ac emancipatam, juxta magis communem sententiam, de qua supra, d. c. 142. magis autem clara, & certa est

ta est obligatio erga filiam in potestate, ergò non debet hæc esse inferioris conditionis, ut sequetur, si ea emancipata dos à patre simpliciter constituta adventitia nomen assumere.

Hoc igitur ita præmissis, quæ constituendæ sunt inspectiones, primò scilicet de dote data ab ipomet patre, vel a vero paterno immediato, an data censetur jure peculii, & tanquam profecticia propria, vel potius jure donationis, & tanquam adventitia, seu profecticia impropria; & secundò de dote data ab avo, vel avo, aut fratre, & aliis, de quibus conflet, aut dubitari possit, quod intuitu, & contemplatione ipsius patris dederit, an per hoc profecticia dicatur.

Quo ad primum, præmittendum est, quod licet inter 38 patrem, & filium in potestate donatio dari non possit, inter alias tamen istius regulæ limitationes, ea est præcipua favorè dotis, in cujus causam donatio facta per patrem filie in potestate valida est, ac firma ad text. in l. Pomponius Philadelphus, ff. famul. eriscund. Bart. & ceteri in l. frater & frater, ff. de cond. ind. relata per Bald. Novell. p. 6. privol. 89. Menoch. lib. 3. præsumpt. 29. num. 74. Mantica de iac. lib. 13. tit. 13. n. 7. Sura. cons. 206. n. 21. Franch. dec. 305. Boss. de dot. c. 2. n. 117. & 436. bene Arias de Melal. §. par. c. 17. ex nu. 117. ubi contraria resolvit Rot. dec. 108. n. 23. p. 4. rec. tom. 2. & alii, de quibus infra.

Idque extenditur ad dotis augmentum, ut aliis allegatis Sura. d. c. 21. Menoch. ubi 77. qui nu. 79. ampliat, etiam 39 si matrimonium non sequatur, nam si constat patrem purè donare voluisse, tunc valida erit donatio, quod tamen non est sine dubio, ut ibidem; & itaque donatio nedum expressè fieri, vel probari potest, sed etiam tacitè, ac per conjecturas, juxta Theor. Bart. in post. d. omes, ex n. 23. ff. de l. matr. cum aliis infra, cum videtur apud omnes receptum.

Est item præmittendum, quod ubi verè, vel præsumptivè constat, dotem donationis jure fuisse per patrem filie traditam, tunc illa dos non profecticia, sed adventitia dicitur, alias profecticia impropria nuncupata, cum vera profecticia dicatur ea, quæ in puris terminis peculii remanet; imò hujusmodi dos à patre valde donata filie fingitur adeò adventitia, quod adventitiam etiam metam excedendo, potius de castrens, vel quasi participare videtur ad effectum usufructus patri competens ex dispositione text. in l. cum oportet, C. de bon. que liberis; siquidem in aliis adventitiis patri competit usufructus indubitè, in his autem illam negant Doctores, ut constat ex Ann. alleg. 61. Franch. dec. 4. num. 17. Palchal. de post. potest. p. 1. cap. 3. n. 36. Mantica de iac. lib. 12. tit. 8. n. 22. qui refertur hanc esse magis communem.

Contrarium verò, ut etiam in his competat usufructus, late sublinent Curt. jun. cons. 152. n. 4. Decian. cons. 55. num. 6. & seqq. lib. 2. Theaur. jun. in add. ad dec. 150. ejus par. 6. h. 2. Milanen. dec. 3. numer. 90. & seqq. lib. 2. licet quoad alios effectus illum præsertim reverentis sit sub dubio an profectici, vel adventitii jure sit regulanda, ut infra.

Denum pro præmissis supponenda est regula, ut dos data, vel promissa per patrem filie, jure peculii, non autem donationis constituta in dubio censetur, & sic profecticia, non autem adventitia, ex iis que generaliter in traditis à patre filio firmat Menoch. lib. 3. præsumpt. 30. n. 26. & seqq. & admittitur in Regien. honorum cor. Corrado apud Merlin. de pignor. dec. 110. repetit. dec. 387. par. 9. recent. & in specie dotis post Soc. cons. 5. num. 16. lib. 2. & Beroum. cons. 190. nu. 35. lib. 1. Mantica de iac. lib. 13. tit. 13. num. 3. & 30. Rot. d. c. 108. n. 20. & seq. par. 4. rec. tom. 2. ubi post Mantica rectè advenit, regulam firmatam per Decian. cons. 35. magis quam, ut par est, exteniam per Paschal. de patria potest. ut nempe dos in dubio censetur donata, procedere in extraneo, secus autem in patre, quia in necessitatibus nemo liberalis existit, quodque ubi actus duas habet causas, unam voluntariam, alteram necessariam, semper ad istam in dubio fit referendus, atque hæc videtur certa veritas ubi nulla stipulatio adjecta est, foris autem fit ad favorem ipsius patris, quia nunc cessat omnis difficultas, etiam si sit queque stipuletur, & sibi, quia nempe per conjunctivam, vel alternativam dictum sit dotem reddi sibi, & filie, quia cum de jure dotis eadem profecticia actio sit communis patri, & filie, atque hinc rectè stipuletur ob spem consolidationis ex morte patris sequendam, hinc promissè stipulatio intelligenda est prout de jure, ideoque regulam non tollit.

His igitur præmissis, cum in casu quo de donationis titulo constat per verba expressa, vel alias claras probatio-

Card. de Luca, Lib. VI.

nes, nulla cadat disputatio, ut in his terminis generaliter advenit Menoch. d. præsumpt. 30. num. 2. hinc tota questio est in donatione tacita, & virtuali, quæ ex conjecturis, vel verborum conceptu deduci solet; sed quoniam quo ad 43 conjecturas, ac præsumptiones, vel illationes generales cuiuscumque actui gesto inter patrem, & filium convenientes, dos nihil habet peculiare, atque à generalitate pro & contra non est exclusiva, ideo videri poterit deducta per Menoch. d. præsumpt. 30. & per Rot. in dicta Reg. honorum 1646. coram Corrado apud Merlin. de pignor. dec. 110. & 387. par. 9. rec. confirmata coram eodem 27. Januarii 1647. in quibus late agitur, quando bona data, vel assignata per patrem filio censentur jure domini, ac donationis, vel potius jure peculii, cum materia tota fit facti potius quam juris, ex eisdem facti circumstantiis juxta casuum contingentiam perfructandam, an tamen ea dos, que filie renunciant successione, ac intuitu renunciationis à patre constituitur, dicatur remanere profecticia, vel transeat in adventitiam perinde ac si de ipsius filie propriis bonis constituta esset, habetur d. seqq. occasione pactorum, & onerum que dori adjuvantur.

Quare in peculiaribus terminis dotis tota præsens inspectio versari videtur super ea tacita donatione, que ex pacto, seu stipulatione de restituendo ipsimet filie deduci solet per scribentes in l. post. d. omes, ff. sol. matr. cuius materia intricata videtur, potius occasione effectum exinde resultantium, illius præsertim imputationis in legitimam faciendæ per nepotes, ac alterius successione, quoties filiam abique filiis mori contingat.

Siquidem quoad ipsam questionem in genere, præsupposita regula prædicta pro peculio, receptissima etiam est limitatio, quod ubi pater dando, vel promittendo dotem genero stipulatur eam restitui filie, vel ejus hæredibus tantum, tunc censetur ex omnia stipulatione ad sui favorem inducta donatio, juxta Theoricam Bart. in d. h. post. d. omes, numer. 27. ff. sol. matr. communiter receptam, ut constat ex Sura. cons. 206. numer. 19. Crave. cons. 84. nu. 10. Redenafch. cons. 75. num. 13. & 15. Mantica de iac. lib. 12. tit. 8. num. 32. Boss. d. c. 3. num. 143. cum seq. Duran. dec. 231. num. 13. & seqq. Theaur. dec. 237. num. 12. & admittit Rot. in Personâ bonorum 29. Maji 1648. cor. Corrado dec. 123. n. 13. p. 10. rec.

Ideoque magis communiter ampliat, etiam si absente filia, hujusmodi stipulatio concepta sit; licet enim in talibus casibus absenti non queratur actio, neque alteri alteri stipuletur, hoc tamen fallit specialiter favore dotis, ut est alias dictum, & in his terminis post Bald. Novell. p. 6. privol. 80. n. 1. Theaur. d. dec. 237. post n. 12. vers. prædicta. Redenafch. d. cons. 75. n. 14. Merle de leg. lib. 2. tit. 2. §. 13. n. 20. Mangil de imp. §. 18. m. 3. Boss. d. n. 143.

Ampliatur secundo etiam si pater sibi in aliquibus casibus stipuletur, quoniam in ceteris videtur non cavasse, proindeque inducitur donatio, Bart. in eadem l. post. d. omes, num. 27. Sura. alios cumulat d. cons. 206. n. 23. Theaur. d. dec. 237. n. 11. Boss. d. c. 3. n. 148. Licet iste in casu stipulationis ad favorem patris si sine filiis, credat filios ceteri vocatos ex persona propria, de quo videndum inferius; sed hæc dubitatio non tollit generalitatem ampliationis, que ab omnibus admittitur, ut per Merlin. de legit. d. qu. 13. n. 14. & 15. Mangil. ubi supra, n. 29.

Ampliatur tertio, ut idem sit in dotis augmento, quod matrimonio constante per patrem dari, vel promitti contingat, 47 Sura. cons. 206. n. 21.

Ampliatur quarto, ubi filia se ipsam dotando de bonis paternis, sibi ipsi de restitutione stipulatur patre presente, ac patiente, quoniam ex hoc etiam inducitur tacita donatio, per quam dos transeat in adventitiam, Sura. d. cons. 206. qui hunc casum putat esse fortioris alii ut infra, atque videtur quidem ampliato verè & recepta ex deducit per Mangil. num. 26.

Sed si in stipulatione dictum sit reddi filie ejusque hæredibus, vel cui de jure, tunc per istam clausulam, cui de jure, dicitur cessare præsumptio donationis, atque dos remanet juxta ejus regularem naturam profecticia, quia cum de jure dari valeat casus, ut etiam dos profecticia filie, vel ejus hæredibus restitui debeat, mortuo scil. patre stipulatio intelligenda est discretivè uni cuique facta eo modo, quo jus disponit, & cum quo partes censentur se voluisse conformare, non attento ordine scripture in qua prout filia, & sui, deinde alii, qui de jure nominentur, quoniam non ordo loquendi, sed substantia veritatis, ac verisimilis intentio partium est attendenda, ut per Castren. cons. 11. lib. 1. n. 2.

V. Gabr.

Gabr. conf. 58. n. 16. & seq. & 48. libr. 1. atque hanc pluries diffusio articulo veriorum cenluit Rota, praesertim dec. 708. n. 1. p. 1. rec. 124. n. 5. part. 4. to. 1. 108. n. 8. par. 4. tom. 2. & 299. n. 11. par. 6. & sequuntur Merl. de leg. d. q. 13. n. 10. Thefaur. d. dec. 237. n. 10. ubi addit. l. C.

Et licet contrarium acriter sublineat Surd. d. conf. 206. non videtur tamen a praecedenti recedendum, tamquam magis communiter recepta, & Rotae iudicio pluries canonizata, regulam quod donationis exclusivam pro se habente, pro qua in dubio iudicandum est; quamvis enim soleat dubitari, an dicta clausula concepta sit cum copulativa, vel cum alternativa, quasi quod unus casus ab alio differat; indistincte tamen idem esse dicendum ex Bart. in luxorem. §. T estament. in fin. ff. de legat. 3. advertitur in specie Mant. lib. 12. tit. 8. n. 25. circa medium.

Distinguit etiam isto casu Surd. d. conf. 206. num. 24. ut tunc per dictam clausulam censeatur praeservata qualitas peculii, quando dotis constitutio fit a patre, secus si fiat ab ipsomet muliere in stipulante; verum haec distinctio nullum videtur habere fundamentum, quidem aut bona super quibus stipulatio addicitur, sunt propria ipsius mulieris, & tunc versatur extra questionem, aut sunt patris, in quo casu contingit dubitatio, & tunc cum certum sit esse magis praesumptum, seu tacitam donationem resultantem ex sola paterna, quam ex adha posito gesto per ipsam matrem, hinc proinde omni rationi repugnat, ut plus debeat operari iste actus magis tacitus quam ille magis expressus.

Prout si pater, neque sibi, neque filiae reddi stipuletur, sed filii nasciturus tantum, cum tunc censeatur ita se conformem reddere voluisse consuetudini Martini, per quem etiam dos profectitia filii est debita, hinc sequitur quod non dicatur per hoc immutata peculii qualitas, neque inducta donatio, alioque casus omitti remanent sub dispositione juris super quo maturus cogitandum est.

Item quoque verius videtur si stipuletur reddi filiae ejusque filii, non adiecta qualitate hereditaria, quoniam filii censeantur tantum vocati iuxta dictam consuetudinem Martini, ut advertit Thefaur. d. dec. 237. numer. 10. circa finem, cui adhaeret Merl. de leg. d. q. 13. num. 23. ubi enim actus recte potest suam relationem habere ad juris regulam, non est cur ab ea recedere debeamus, atque inducere donationem in dubio non praesumendam; Maxime quia haec species donationis solet ut plurimum induci ex legis subtilitate, praeter, vel contra mentem donatoris ex solimperia Notariorum, vix, ac efficaciam verborum omnino ignorantium, ut egregie advertit Thefaur. Jun. in addit. ad dec. Thefaur. patris 190. lit. A. & clarior dec. 237. lit. D.

Neque curanda videtur distinctio Surd. eod. conf. 206. num. 30. & seq. quae accipitur reddidit Merlino d. quest. 13. num. 23. ut nemp attendendum sit an stipulatio concipiatur a patre, vel ab ipsa filia, tum quia stipulatio ex paterna paterna per filiam facta, vere ab ipso per organum filiae concipi dicitur, cum de ejus bonis sit dispositio; tum etiam quia in ea questione an filii contenti in stipulatione parentis acquirant pro se, & filii, veniant uti filii, vel uti haeredes, procedit ubi agitur de patre stipulante pro se, & filii natis, vel nascituris in ejus potestate, secus autem in matre, qua filios non habet in potestate, ut lae, occasione questionis, an filii in donatione facta contemplatione matrimonii succedant uti filii, vel uti haeredes, notatur in sua materia, sub tit. de don. & praesertim in Kom. donationis de Jordanis, & in Urbana. Neque filia tanquam prima acquirere praetendere potest ab ejus providentia ejus filios dotem tali casu recognoscere, cum acquisitio sit lucrativa, ex vera conclusionis, ut dos quoque ipsam mulierem dicatur causa lucrativa, non autem onerosa, quare distinctionem hanc puto nullius poterit esse.

Haec omnia ita generice sumpta videntur plana, ad effectum, ut in casibus, in quibus donatio tacita praesumitur, dos vere profectitia non sit, sed potius adventitia; major tamen difficultas versatur circa effectus exinde resultantis, an scilicet quoad omnes idem generaliter procedat, vel potius quoad unos, non autem quoad alios effectus, & casus, quare ad plenum, & opportunam cognitionem materiae, congruum est effectus ex hujusmodi dotis una, vel altera qualitate resultantis, distincte recensere, ut sciat in quo relevet, & in quo non.

Veniunt prius quam ad haec procedatur, praenotandum est quod licet ex stipulationibus, juxta casus expressos, vel acquiescentes, tacita dotis donatio contra regulam inducatur, haec est tamen nuda juris praesumptio, contrarias probatio-

nibus admittens, etiam praesumptivas; quinimo neque multum urgentes eas desiderari credendum, quia de facili distructa limitatione reversioni fit ad regulam, ac etiam quia ex communi usu verba stipulationum concipi solent ex solo capite notatiorum, ut plurimum eorum efficaciam, & importantiam non percipientium sicut enim verior ac magis recepta sit opinio Bar. ut verba Notarii censeantur verba patrum, neque sit opus probare de contrahentium scientia, & voluntate adiecta fuisse, ita ut nihil in contrarium deducendo eis sit standum, at tamen cum notorius sit usus quod patres ut plurimum concordantes super sola quantitate dotis, ac modo solvendi, non advertunt, neque sciunt quid Notarii iuxta eorum formularia extendant, ac etiam quia est inverisimile, & contra usum, ut pater dotem filiae cum tot ejus prejudiciali titulo donationis constituitur voluerit, hinc proinde istae considerationes operantur, ut desiderari non debeant illae urgentes, ac efficaci conjecturae, quae alias in materia verisimili, vel contra juris regulas requiruntur, sed sufficiant leviores, ac minores.

Quinimo credendum, solum ipsius patris declarationem, quamvis ex intervallo sufficere, cum modum non sequatur post factum, vel imminet casum folio matrimonii, vel quod alias de fraude, seu collusionis possit esse suspicatus, licet enim regula nota sit, donatori non liceat ex intervallo donationem factam revocare, vel alterare, seu alias donatario praedjudicare, notissima tamen, ac certa est limitatio, ut actum aequivozum, vel verba ambigua possit declarare, quoniam qui declarat non disponit, sed quid fuerit in dispositione aperit, ad tex. in l. adeo ff. de acquir. rer. dom. & habetur frequenter in sua materia, sub tit. de donat. & alibi, unde cum negari non possit omnino obcuram esse veritatem, an pater stipulando dotem reddi filiae, voluerit illam donare, vel intelligere discretive, ac juxta juris dispositionem, quatenus nemp in filia patri secundum naturalem ordinem supervenire contingat dotis actionem consolidari, idcirco non videtur neganda fides hujusmodi declarationi, per quam veritas aperitur; puto tamen, quod in praxi facta esse difficile dum dicta sola de declaratione obtineri, nisi aliquid habeat quantumvis leve adminiculum.

Effectus autem ex hujusmodi distinctione resultantis sunt multi in toto operis discursu partim recensiti, potiores vero sunt.

Primo, circa reversionem dotis soluto matrimonio filia superstiti, ubi enim est profectitia, tunc illico revertitur ad patrem, atque cum ejus bonis consolidatur, ad vulgare text. in leg. dos a patre, Cod. solo matrimonio, ita, & taliter, quod licet eandem dotem pater teneatur filiae reservate pro ulterioribus nuptiis ex dispositione tex. in authentica sed quamvis. Cod. de pr. dot. at tamen secunda dos, quam deinde consitui contingat, non fit eadem, sed omnino nova, ex novo iudicis officio, ad eod. instrumenta, & obligationes, ac hypothecae in prima dotis constitutione conventae, tanquam omnino resolutae nullatenus habeantur in consideratione, ut alias dictum est, atque si bonorum diminutio medio tempore contingat, imminui etiam possit, dictaque reversioni fit ad patrem etiam si filia filios ex matrimonio procreaverit; nil obstant consuetudine Martini destruentem, seu relinquentem dispositionem dictae leg. dos a patre, quoniam ea procedit matrimonio soluto per mortem filiae, secus ea superstiti, Bald. in eadem leg. dos a patre, numer. 1. Bart. in leg. post dotem, num. 31. ubi alii recensiti per Barbo. ibidem, num. 49. Thefaur. dec. 38. num. 2. & 190. num. 13. plenè Bos. d. d. cap. 3. num. 172. cum seg. Rot. dec. 108. part. 4. recent. tom. 2. numer. 17. in Firmana Codicillorum prima Martii 1649. com. Cerro dec. 299. part. 10. recent. quidquid disputatè teneat in contrarium Jal. in dicta leg. post dotem, ex num. 103.

Ubi vero est adventitia, seu profectitia impropria, tunc non revertitur ad patrem, sed remanet penes ipsam filiam jure continuationis domini donatione jam quaesita, ita ut pro ulterioribus nuptiis paterno ministerio non indigeat, neque ex diminutione substantiae patris, diminutionem sentiat, atque durant priores hypothecae, & obligationes, ut supponunt allegari, ac alii passim; unde si pater, qui filiae occasione primi matrimonii dotem adventitiam constituit, vel ita secundo viro cautionem dotis perire, vel alias bona vinculata tribuere, idcirco non licebit, ut alias notatum est.

Secundus effectus est quoad successionem ipsius filiae, morientis cum filii in dicta dote, ubi enim est adventitia, si mortuarius viro superstiti, sive praesentis, indistincte succedunt filii tanquam ejus haeredes, ut quidquid sentiant Bald.

Bald. & sequaces in leg. post dotem, quoniam sententiam de jure veriorum sublineat Barbo. ibid. n. 38. & seq. receptissima est sententia Bart. in eadem leg. post dotem, n. 25. ut advertunt Thefaur. d. dec. 237. n. 12. late Surd. d. conf. 206. atque hanc tanquam absolutam supponit Rota apud Duran. d. dec. 231. num. 20. ubi quod pauci filii, qui de hoc dubitent respectu filiorum, idcirco in foro non mereatur amplius deduci ad contrarium.

In profectitia vero mulieris decedenti viro praesentis in statu viduitatis non succedunt filii, nec tanquam haeredes, nec tanquam filii, quia cum soluto matrimonio confusa, & consolidata fuerit, non est amplius dos, neque remanet in quo filii succedere debeant, & sic fito casu non intrat consuetudo Martini, ut probant allegati supra in primo effectui, & est singularis limitatio, quam tradit ad consuetudinem Martini Bar. in eadem leg. post dotem, n. 30. cujus sententia est magis vera, & recepta, ut admittit idem Barbo. n. 49. & bene probat etiam Thefaur. dec. 138. quare tunc filii remanent solum juxta legitimam successionem in bonis avi.

Decedente vero muliere in statu matrimonii viro superstiti, quamvis etiam ex generalitate dictae leg. dos a patre ad patrem dos in puncto juris reveri debet re peculii, & ex notoria tamen consuetudine Martini succedunt filii, non tanquam haeredes matris, sed tanquam filii ex persona vocati ad consuetudinem, quare ad onera per matrem adjecta non tenentur, atque possunt, materna hereditate percipiata, dotem retinere juxta sententiam Glof. quam veriorum, ac magis receptam praesertim Barbo. ubi supra, numer. 51. late Thefaur. dec. 190. per tot. Merl. dec. 433. sic non habet amplius difficultatem, licet disputando contrarium attentata ratione dicendum esset, nisi tamen sibi tantum expressè pater dotem reddi fit stipulatus, ut ex Anch. in Barbo. in dicta leg. post dotem, num. 49. in fin. quod admittendum videtur quoties tales concurrant conjecturae, vel lantem, in casum etiam filiorum extantium voluisse sibi stipulari, nam alias filiorum videtur intelligenda ad limites juris quod dicunt consuetudinarius, filii nemp non extantibus, ut bene Thef. dec. 237. n. 7. cujus dictum in hoc videtur verum.

Tertius effectus praecedenti corollarius est circa hujusmodi dotis imputationem sciendum per nepotes, filia praemortuaria, in legitimam avi; quidquid enim scribens disputando danda potius deservire possunt; in foro tamen est receptum, quod aut versatur in dote adventitia, seu profectitia impropria per dictam donationem, ita ut filii, ut supra, succedant, matris tanquam haeredes, & tunc competent sit nepotes aliumdequam ex immediata substantia avi, vel ex ejus providentia, juxta sententiam Bart. in dict. l. post dotem, numer. 25. & seq. quae licet impugnata per Baldum, & que Bart. & Bald. opinionem expendit, at tamen est magis pugnare, adeo ut esset contra simulum calcitrare illam impropria, ut advertit Thefaur. dicta dec. 237. num. 12. ubi dendum, ac sequuntur Merl. de leg. d. d. l. 2. tit. 2. quest. 13. 23. ex num. 7. Merl. in dicta dec. 433. num. 9. & seq. Carena r. sol. 69. num. 18. late Redenach. dicto consil. 75. ubi articulo imputationis praedictae, ac theologicè latissime discutit Rota in Bononij. successione 3. Martii 1651. Cerro, & 5. recent. Maji 1653. Melio, quarum secunda est dec. 311. part. 11.

Si vero dotem consequantur absque necessitate qualitate substantiae matris, sed tanquam filii vocati a consuetudine Martini, vel ex avi stipulatione, & tunc quia ab istius substantia, ac providentia dorem habere dicuntur, illam imputare tenentur, ut per allegatos, & alios, quos in materia colligit Botigli. de success. Theorem. 46. ex num. 28.

Ex qua ratione imputationis resultantis ex dotis affectione in vim avite vocationis resultat, quod licet supra in secunda ampliatione notatum fit, ut patre stipulante reversionem sibi in solo casu obitus filiae absque filii censeatur, in casu quo cum filii decederent, inducta tacita donatio, proindeque dos efficiatur adventitia; at tamen si versetur in loco, ubi, vel ex Statuto (ut est in Urbe) vel

quia ibi recepta sit opinio glof. in leg. lucius, filii in conditione possit censeantur vocati, intrabitque dubio imputatio, dum ita constat patrem noluisse filiam in dote habere haeredem, sed vel ad ipsam, vel ad filios ex ejus providentia vocatos debere spectare; hoc tamen cum praesupposito, quod statutum, vel particularis consuetudo inducens vocationem ob positionem in conditione, operetur suam efficaciam in isto casu, de quo tamen dubitari potest, attentato quod filii non sunt positi in conditione occasione substitutionis de alio factae, sed occasione pacti reversioni, quo casu est factis controversum, an intrat statutum, vel consuetudo inducens vocationem ex conditione; ut constat ex deductis per Rotam in Romana praetensi fideicommissi 30. Aprilis, & 8. Novembris 1638. Coccino, Romana census 11. Martii 1652. & 30. Januarii 1654. Cerro, alia Romana census 15. Junii 1654. Bichio, de quo tamen in sua materia, sub tit. de fideicommissi, quando filii in conditione possit censeantur vocati.

Quod autem sit de imputatione dictae dotis facienda per ipsam filiam in legitimam parentis, videri possunt ad futuritatem, Bos. d. numer. 198. cum sequenti. Redenach. dicto consil. 75. & Carena in oppositum, resolut. 215. & habetur alibi super puncto, an dos succedat loco legitima, & in eam imputetur, verum ratione istius effectus praesertim, monitum esse velim prudentem iudicem ad excludendam, quo magis fieri potest dictam praesumptionem donationis resultantem ex sola figura verborum, quae ut dixi saepe ex capite imperiti Notarii absque partium voluntate adiciuntur, quod scilicet talem donationem non admittat, nisi quando praecisa necessitas ex juris subtilitate, seu recepta quamvis irrationabilis, ac indiderata Doctorum intelligentia cum cogat, alias etenim frequenter dari poterit, ut volente patre filii solam legitimam relinquere, longe meliores sit conditio nepotum ex femina praesentis, de quibus, ut notissimum est, curari non solet, quum filiorum masculorum, vel nepotum ex eis, in quibus ratione agnationis indubitata est major dilectio; masculi enim immediati non nisi legitimam consequentur, dicti vero nepotes ex femina obtinent aequalem legitimam, ac ulterius dotem maternam contra omnem rationem, ac verisimilem voluntatem, unde constat satis rationabiliter Thefaurum d. dec. 237. num. 12. de hac opinione dubitasse, atque Barbofam hujusmodi peculii impropriationem ex hujusmodi stipulationibus negasse; sed quia sententia Bartoli est nimis recepta, ita ut temerarium esset eas de directo negare, hinc proinde consultus erit, illam quam fieri potest, debilitare, atque raro ad proximam deducere, excludendo nemp talem donationem tacitam, cum cujus praesupposito Bartoli sententia procedat.

Quartus est effectus transmissiois; ubi enim filii succedunt matri in dote adventitia jure hereditario, nisi viventes hereditatem adierint, eam non aditam regulariter non transmittunt, secus ubi ad profectitiam vocantur tanquam filii jure proprio, quoniam jus delatum quamvis non agnatum adinstar legati transmittunt, ut ex Bald. in leg. dos a patre considerat in specie Capyc. dec. 176. numer. 27. atque hic est unicus effectus patri dotanti proficuum ex tacita donatione, dum exclusa transmissio in generum, quae ita dotem frequentius obtinere solet, ipse pater tanquam hujusmodi effectus jus frustra consequitur obiter; verum utilitas ista deducitur ad proximam, nam vel hereditatis transmissio fit ob decessum in infantili aetate, juxta late deducta per Fab. de Ann. consil. 1. Altograd. consil. 81. & seq. & consil. 94. lib. 1. Capyc. dicta dec. 176. num. 27. Rot. dec. 217. numer. 4. part. 3. recent. vel beneficio restitutionis in integrum ob absentiam, vel ignorantiam, seu legitimum impedimentum, aut statum miserabilem, ex deductis per Fab. de Ann. & Altogradum ubi supra, Rot. dec. 146. num. 18. cum sequenti, part. 11. recent. & in aliis, vel ex jure sanguinis ratione legitima; ad textum in leg. unica, Cod. de his, qui ante apertas tabulas, cum deductis per Rotam dec. 16. part. 6. recent. vel, & frequentius ob retentionem dotum maternam ab ipomet viro factam, per quam induci additionem maternae hereditatis est plurimum sententia, quamvis non sine contradictione, ex deductis per Surdum dec. 140. ubi Aden. Latr. dec. 13. Altograd. dicto consil. 81. Rot. in Interim. usufructus 18. Junii 1649. Cerro dec. 329. part. 10. recentior. & de his omnibus in sua materia, sub tit. de success.

Quintus effectus est, (& in quo major est controversia,) quod in dote profectitia vera, filiis non extantibus, 60 mulier

mulier hæredem nullatenus habet, nec ab intestato, neque ex testamento, atque de illa non disponit, etiam per contractum, nisi in his casibus, in quibus filio familias de jure super peculio contrahere permittitur, sed ubi affecta est adventitia per dictam donationem, tunc habet hæredem ab intestato ipsamque patrem unam cum fratribus, alisque infimul de jure ad successiones vocatis; & licet non habeat hæredem ex testamento, id non provenit ex defectu bonorum, sed ex inhabilitate personæ, cui tamquam filie familias de quibuscumque bonis etiam aliunde obventis est prohibitum disponere per ultimam voluntatem; disponsit tamen per contractum, qui a patre impugnat non potest, cum hic hæreditariam qualitatem habere debeat, ut ex Bart. in *dist. leg. post dotem*, ac alius, firmant Bald. Novell. *part. 12. q. 4. Cravei. consil. 84. late Sord. dicto consil. 206. Cancei. libr. 1. varior. cap. 3. numer. 33.* atque hanc communem, ac magis receptam proficitur, Duran. *dicta decis. 231. numer. 20.* cum additis per Addeu. ad Thesaur. *d. decis. 150. lit. B. & 190. lit. A.*

Contrarium tamen isto casu quo filia decedit absque filiis, late verius prolat Barbof, in *d. leg. post dotem, numer. 43. & sequent.* atque hanc opinionem sibi æquiorum, ac rationabiliorem videri, post Decianum, & Curtium quos allegat, testatur Thesaur. Jun. in *addit. ad patrem, d. decis. 150. & 190.* & sequuntur Galeora *lib. 2. controvers. 30. numer. 11. & sequ.* & Boff. *d. cap. 3. numer. 97. cum sequent.* & quidem licet attentio numero Doctorum magis recepta sit opinio præcedens, at tamen attendenda æquitate, ac verisimili voluntate, ista omnino in casu decessus absque filiis recipienda videtur; ubi enim superest filii, quia utcumque sit, omni casu dos a patre non redit, sive illi succedant ex consuetudine Martini, sive ex jure hæreditario, hinc proinde non videtur adeo præjudicatum patri, qui semper remanet exclusus; sed ubi filii non superest, durum omnino videretur, ac verisimili intentioni contrarium, ut licitum esse debeat filie familias de dote sibi data per patrem disponere per contractum, vel per æris alieni molem ad favorem extraneorum ipso patre excluso contra dispositionem, ac rationem textus in *leg. iure succursum. ff. de jure dot.* idemque in genere fateor, hanc mihi magis adæquate, non quia vere filius familias in bonis valide donatis a patre de jure novissimus hæredem non habeat, dum in hoc veram puto sententiam Bartol. & sequacium, sed ex ratione cessantis voluntatis paternæ, ut nempe isto casu nullatenus censendum sit ipsum donare voluisse; sed quoniam durum esset in foro id substinere ob majorem cumulum auctoritatum in contrarium, idem curet prudens iudex perpendendo ista inconvenientia effectum istum tollere, non id negando directè, ut facit Barbof. sed indirectè, non de facili inducendo ad credendum inductam esse donationem, juxta ea quæ supra in tertio effectum notata sunt.

Adeoque illi Doctores, (qui judaico more soli legis, vel doctrinarum literæ, ac formalitati inherentes, nec rationem, neque partium verisimilem voluntatem curant) hunc effectum extendunt, quod credunt licitum esse filie de hac dote disponere etiam per donationem causa mortis absque alio patris consensu; vel quia verior sit opinio voluntum consensum patris in donatione causa mortis a lege requisitum esse, non pro solemnitate, ac pro integranda persona, sed pro interesse, quod cessat in presenti, dum in re ab eodem patre valide donata ipse nullum habet usum fructum ut supra, vel quia consensum censetur præstitum eo ipso, quod stipulationem de dote reddenda ad favorem filie concepit, quoniam ita omnem consensum pro dispositione videtur præstasse, ut per Cravei. *consil. 84. & alius.*

Verum in hoc in specie contrarium late, & bene substat Galeot. *dicta contro. 30.* idque mihi omnino verum videtur; esset enim ex solo verborum conceptu, ut dixi per Notarium inductum citra patris voluntatem, facere magnum cumulum præsumptionum, ac præjudiciorum, quia nempe. Primo, ita fingeretur facta donatio. Secundo, inducta privatio patris etiam quoad usum fructum, & tertio præstitus consensus ad disponendum, quæ omnia certe humana ratio suadet non fuisse cogitata; atque hic esset modus planus, per quem elosiora redderentur jura prohibentia filiis familias testamenti factionem, nam cum in omnibus ferè testamentis apponatur clausula, ut si non valet jure testamenti, valeat jure donationis causa mortis, hinc ex isto capite semper dispositio substat; de aliis autem effectibus ex hac distinctione resultantibus habetur infra in discursu operis.

62. Difceditur item a regula principali, per quam dos in du-

bio censetur profectitia, accedente Statuto, per quod disponatur dote soluto matrimonio esse de pleno dominio mulieris, ut de Statuto Bonon. testatur Sord. *d. con. 206.* & plenè agit Rot. in dicta Bonon. successione, Martii 1631, cor. Cerro, & 5. Maji 1633. Melitio, quantum secunda est *decis. 311. part. 11. rpe.* tunc enim dos efficitur adventitia, atque in ea filia habet hæredes, vel filios, vel eundem patrem, alioquin de jure successores, atque resultant omnes præmissi effectus, Sord. *d. consil. 206. Rot. in allegatis Bononien. in Pisaren. donationis 8. Februar. 1647. cor. Onib. Inter suas dec. 99. Urbevetana legati 4. Maji 1648. Bichio, Romana domus de Regardis 15. Januarii 1649. Dianoz. inter suas dec. 815. Bitundina fideicommissi 28. Junii 1632. Albergato. de qua *disc. 104.**

Sed, & ubi est adventitia, adhuc etiam cessant effectus prædicti, quoties ex contrario pacto, vel aliis constat de voluntate paternæ non donandi; cum etenim pater vivens teneatur quidem, sive in potestate sit, sive non, filiam dotare, non autem dote in donare, dum nullum jus irrevocabile, ac dominii translativum habent filii ex legis beneficio, nisi in bonis patris vivens, legitima verò non sit debita, nec ipsi post mortem; idcirco non prohibetur pater hanc filiam voluntatem declarare verbis, vel etiam signis, & conjunctis, quas, ut supra dictum est, etiam leves, ac minus efficaces puto admittendas ob sortem conjuncturam inverisimilitudinis generaliter pro donationis ex clusione militantis, jundam etiam cum juris regula, ut in dubio donatio presumenda non sit, ut admittunt omnes in eadem *leg. post dotem*, ac habetur etiam suo loco, ubi agitur quoad dos censetur donata a quocumque dotante.

Altera principalis inspectio super profectitia, vel adventitia qualitate, versatur circa dotem, non ab ipso patre, vel avo paterno immediato, sed ab avo, vel avia mediatis, sive ab aliis quibuscumque constituta, & circa istam constituta est regula, ut quoties constat eam non inquit, & contemplatione ipsius dotate, sed ejus patris datam, vel promissam esse, tunc dos profectitia vera censenda sit, perinde ac si ab eodem patre, directè, ac immediate constituta esset per organum, seu instrumentum ejus qui dotantis partes gestit, ita enim ab isto brevi manu filia, ad text. in *leg. profectitia in principio. ff. de jure dot. §. 1. infirmi. per quas personas nobis acquiritur.* Cyn. in *leg. cum semus, quest. 5. Cod. de inoff. testamento*, Gabriel. alios reportans *conclus. 5. de jure dot. numer. Simon. de Præc. consil. 65. Honed. consil. 90. numer. 6. l. 1. Mangil. de imputat. quest. 119. numer. 5. Sord. consil. 219. numer. 1. Bottiglier. alios cumulas de success. Theor. 21. numer. 2. Boff. d. cap. 3. numer. 28. cum seq. Rot. decis. 46. numer. 7. par. 6. rec. in Roman. census 15. Junii 1634. Bich. §. nam, & hæc.*

Atque ista conclusio regulanda venit in omnibus juxta inspectionem præcedentem, unde si avus, vel alter dotans stipulationem restitutionis concepit ad favorem filie, vel ita, & taliter quod resoluta donatio, tunc censenda erit adventitia, non obstante quod idem dotans expressè declarare intuitu, & contemplatione patris, ac in illius exoneratione dotasse, quoniam dum hic gerit partes procuratoris, seu negotiorum gestoris censetur totum adum qui est individuum, gessisse de mandato ejusdem patris, qui non potest illum in parte respicere, ac in parte acceptare.

Quare hujus inspectionis difficultas potius est facti, quam juris, in periclitando scilicet, quando dos intuitu paterno, vel proprio data sit, quoties versatur in ambiguis, quia nempe dotans explicite animum suum non declaraverit, circa quod distinguendæ sunt personæ, a quibus debita est legitima patri dotate, ut sunt avus, avia, alique accedentes, ab ejusdem patris fratribus & conjunctis, vel amicis ad nihil de jure erga eum obligatis.

Quoad personas primi generis, observandum est pro premissis istam questionem ad duos effectus considerari. Primo, inter dotatam, & ejus patrem, an scilicet dos dicatur profectitia, tam respectu reversionis ad patrem, quam respectu liberationis ab onere dotandi filiam, ac imputationis in legitimam, alioquin effectus in præcedenti inspectione consideratos, & secundo inter dotantem, ac patrem dotate, an scilicet dos data sit ei, cui dotante debetur legitima, debeat in dictam legitimam imputari, in presenti autem agitur tantum de primo effectum, qui proprie dicitur materiam persequitur, atque præsentem tractationem convenit; de secundo autem ut pote percipientem diversam materiam agitur in sua sede *sub tit. de distractionibus*, atque videri poterunt Mangil. *de imputatione quest. 21. Capyc. Latr. consulat. 158. Boff. dicto cap. 3. a numer. 198. Merlin. de legitima. lib. 2. tit. 1. quest. 1.*

quest. 10. & in pulchro casu Sord. *consil. 219.* ac alii per eos allegati.

Advertendo, ne incidatur in æquivocam, quod ex secundo effectum, seu casu non liceat inferre ad primum, quoniam sunt bene simul, ut dos tamquam data ab avo intuitu filii sit ordine ad ipsam dotatam, ac patrem profectitia tamquam filie obventa intuitu patris, juxta textum in *d. leg. profectitia, de jure dos. cum concordant. per Menochium lib. 3. præsumpt. 28. numer. 1.* & tamen, quod non veniat patri per dotantem imputandam in legitimam, quia non ea intentione data sit, vel ita data, quod de jure non mereatur imputationem, juxta late notata per Mangil. *d. q. 21. & e converso istant etiam bene simul, quod dicta dos imputetur in legitimam patris dotate, & tamen quod non sit profectitia.* quia nempe de ipsius patris approbatione ita constituta sit, quod censetur donata, & sic adventitia potius quam profectitia naturam habeat.

Quatenus igitur ad dictum primum effectum pertinet, quæsitio principalis est super constituenda regula in dubio, ubi enim probationes, vel conjecture pro affirmativa, vel negativa concurrunt, tunc cessat dubitatio, atque dicitur vestiri in casu limitationis; & in hoc Menoch. *lib. 3. præsumpt. 17. numer. 1. & sequent.* tres resert opiniones, una est constitutum regulam, ut dos censetur data intuitu patris, proindeque profectitia; secunda est de directo contrarij, ut nempe censetur data intuitu ipsius nepotis dotate, idemque adventitia, quam pluribus auctoritatibus comprobatur Bottiglier. *de successione Theor. 21. numer. 12.* & tertia, quam ipse dicit veritorem, & quam cæteris relatis refert Boff. *dict. d. cap. 3. numer. 45.* est distinguens, an pater sit dives, vel pauper, ut primo casu censetur avus dotasse intuitu ipsius nepotis, eo quia actus est patris voluntarius; secundo autem cum actus sapiat necessitatem, dicitur converso dotasse intuitu patris; verum adest etiam quarta opinio relata, sed rejecta per eundem Menochium *numer. 4.* distinguens in oppositum de directo, ut nempe patre idoneo, istius intuitu dos censetur constituta, eo verò inope, censetur data contemplatione propriæ personæ illius qui dotatur; satis autem expedi scire pro quo sit regula, ad effectum, ut illam pro se habens relevetur ab onere probandi dotantis voluntatem, quod transferatur in eum, qui oppositum allegat; ac etiam quia sæpe contingit, ut conjunctis, ac præsumptionibus hinc inde concurrentibus, omnino incertum sit, quæ sint majoris ponderis, & efficacia, quod casu, illis tamquam ad invicem se destruentibus non curatis, standum est regula.

Questionem hæc omnium latius, & fortè melius disputat Meilinus *de legit. dicto lib. 2. quest. 8. & 10.* ubi relatis omnium sententiarum rationibus, ac auctoritatibus, veriorum auctoritate, ac ratione probat primam sententiam, ut nempe in dubio, datum, vel promissum, aut retentum ab avo nepos ex causa dotis, censetur intuitu filii, sive per contractum, sive per ultimam voluntatem id gestum sit, atque huic ego quoque subscribo, tum quia in dubio semper præcedat videtur ista opinio, per quam pater à superfluo onere relevetur, ut contingeret, si contraria sententia tenenda esset; nam filia quæ dote proprio intuitu ab avo obtinuit, aliam à patre petere possit, ex regula, ut pater filiam etiam divitem, ac provivam dotare teneatur, quod repugnat verisimili voluntati, ac usui communi, quibus potius quam mille auctoritatibus in his conjuncturalibus descendendum videtur; tum etiam quia istam tenet Rota, cuius auctoritas in articulis broccardicis maxima esse debet, ut habetur *decis. 706. part. 1. recent. decis. 145. numer. 9. & 146. numer. 2. part. 6.* non refero autem fundamenta, cum ad satisfactum habeantur apud Merlinum *dicta quest. 8. & 10.* & Boff. *dicto cap. 3. numer. 33.* ubi hanc quoque dicit veriorum, idque procedit indistinctè tam in avo paterno, quam in materno, in utraque avia, ac aliis descendens, ne dum ratione legitima, quasi quod in filius preventivam solutionem patri hanc dote ejus filie solvere voluerunt, hæc enim ratio non est tuta, sed quia in istius preventivam dilectio erga filium, quam erga nepem ob gradus majorem proximitatem, atque neptis idem ob gradus majorem descendit à filio, hinc proinde censetur in dubio nepi avum providere voluisse, ut supra in dubio nepi avum providere voluisse.

Et ex qua ratione præsumpte voluntatis exonerandi filium à duplicata superflua dote, quatenus ad meliorem fortunam deveniant, veram quoque puto sententiam Meilini *dicta questione decima, numer. 8.* quatenus substat, ut dos data per eundem intuitu nepos habeant patrem inopem, adhuc ipsius patris intuitu data dicatur. Primo enim aspectu

videretur omnino dicendum oppositum, quia ubi pater est pauper, exemptus est ab obligatione dotandi, ac succedit obligatio avi, qui dotando propriè obligatur, directè, ac immediate erga nepem satisfecisse videtur, veniunt ratio prædicta præsumpte voluntatis id suadet, ne alius doto casu, quod patre ex ejusdem avi successione, vel alius tractu temporis ditato, detur dictum inconveniens duplicatè dotis præstande.

Quamvis autem in hac parte veram putem opinionem Merlini, minus tamen tamen credo ejus rationem, ut scilicet obligatio avi patre inope non sit principalis, & propter se, sed propter filium, ac accessoria, ad instar fidei-jussoris, quoniam si hoc esset verum, sequeretur quod avus, non expectata imputatione in legitimam post ejus mortem faciendâ, posset vivens urgere filium, cui divitiæ supervenissent, ad se reintegrandum de dicta dote, quod nullibi eorum habemus in jure, nisi animum declarandum, ac de repetitione sibi protestando caveat; conclusio enim, ut mater (cujus subsidaria est obligatio dotandi) censetur puellam habentem patrem fidei-jussorio, seu subsidario nomine dotasse, ultra quod habet partem rationem in matre tantquam uxore illius, qui dotare obligatus est, procedit patri idoneo, secus autem inope, quia tunc matri satisfaciendi propriæ obligationi, nulli cauti videtur competere actionem pro repetitione, ne ab eodem patre postmodum idoneo effectus, & licet contrarium fideat deducit *disc. 145.* at tamen videtur ille casus diversam habere rationem, quia nempe satis stricte subsidaria est ea dos, quia à fidei commissio detrahitur, & quia omnis possibilis intellectus videtur capiendus, ut fidei commissio conservetur, eorumque dissipatio non permittitur, nisi æquitas, ac necessitas urgeant, quantum utraque cessare dicitur si patri divitiæ superveniant, quod non est in avo idoneo, qui voluntarie dote tem solvit.

Consideratur item inter unum casum, & alterum alia ratio differentia, quia nempe ut dictum est supra, *disc. 142.* avus, vel alter ascendens vivus rectè potest sibi consulere de dicta repetitione pro protestationibus, alique juris remedia, quæ si omittit sibi imputet; non sic autem est in casu fidei commissi, dum illius ordinatio ante defunctus hæc peragere non potest, & ideo, quia ejus insentium culpa adscribendum non est, lex supplendo ejus partes debet inducere id, quod ille verisimiliter facere potuisset, atque juxta prædictis defuncti personam induere.

Regula verò prædicta procedit in dubio, quatenus nempe conjectura in contrarium non concurrant, vel hinc inde colluctantem concursus rem dubiam reddat, quod pariter converso dixerim esse, quatenus juxta alteram sententiam, regulam in contrarium constituendam videretur, dum hæc utroque modo est nuda præsumptio, contrariis probationibus etiam præsumptivis, & conjuncturalibus excludibilibus.

Conjectura autem quales pro una, vel altera voluntate considerari soleant, longum esset hic recensere, sufficiat autem relatio ad Merlinum *dicto lib. 2. tit. 2. quest. 9. Mangil. dicta quest. 21. & duobus præcedentibus, Menoch. d. præsumpt. 17.* late Boff. *dicto cap. 3. a numer. 45.* ubi quidem conjecturas expedit, & aliquas ponunt Capyc. *Latr. d. consulat. 158. Bellon. Jun. consil. 60. ex n. 34. & Rot. d. decis. 706. part. 1. diversorum, & 145. part. 6. recent.* Omnino namque eas referre, tum quia cum facilis habeatur earum collectio apud allegatos Auctores, quorum opera de facili præ manibus habentur, genio repugnat superflua transcriptio; tum etiam quia non omnes cetero tutas, & eucumque casui applicabiles, idemque judicantem, vel consultantem monium esse velim, ut conjuncturis per Doctores recentissimos non ita semiter hæreat quasi quod essent Evangelium Sancti Joannis, ut à nonnullis verborum corrici inherentes vidimus fieri; sed illas, aut ejusmodi bene considerando suo arbitrio congruè applicet juxta personarum, locorum, ac temporum circumstantias, & qualitates, ex quibus dijudicet, an adit necne verisimilis voluntas, in qua torum versatur.

Ut enim satis frequentet advertitur, in ista conjuncturali materia *sub tit. de fidei commissis.* certa regula desuper statui non potest, atque in hujusmodi conjuncturalibus materiis sæpe contingit, ut conjectura numero, in una facti specie judicentur efficaces, & in altera eadem, ac majores respiciantur; prout neque de præmissis regula ampliationibus agi oportet, quoniam nulla est firma amplio, seu limitatio ex juris dispositione proveniens, atque cumque casu conveniens, sed omnes versantur in conjecturis, ac facti circumstantiis,